



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Die 5. Ianvarii. Quæ est Vigilia Epiphaniæ. De stella tribus magis  
apparente. Dum lucet, ambulandum; ne tenebræ fiant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

## DIE V. JANUARII.

QUÆ EST VIGILIA EPIPHANIÆ.

DE STELLA TRIBVS MAGIS AP-  
PARENTE, DEQVE HORVM ADVENTV  
IN CIVITATEM JERUSALEM.*Vidimus Stellam eius in Oriente, & venimus ad-  
rare eum. Math. 2.*

## VERITAS PRACTICA.

Dum lucet, ambulandum : ne tenebræ fiant.

*RATIO* qua declarat tenebras fieri, si dum lu-  
cet, non ambules, concludit etiam, ti-  
bi dum lucet, esse ambulandum. Cum enim  
tenebras fieri tam apertiè damnosum sit & ca-  
vendum: fati esse videtur ad hanc cautelam  
persuadendam, si agnoscas fieri tenebras.*Sic autem Ratio suadet; Quia si dum lum lucet  
non ambulas, abuteris Lumine.**Sed si abuteris lumine, eo privaris, & sis in tene-  
bra.**Ergo dum lucet ambulandum, ne tenebra fiant.*

## I. PUNCTUM.

*Num. 24:* **P**OSQUAM ex historia Evangelica  
consideraveris stellam illam insolitam,  
quæ ut olim Propheta Balaam prædixe-  
rat, apparuit tribus Magis, aut Regibus  
qui erant huius Prophetæ successores; Ac dein-  
de eorum in urbem introitum, totiusque Ci-  
vitatatis cum Herode perturbato commoti-  
onem, attentamente pervolveris: Contempla-  
re quam diverso se gerant modo, Magi & Ju-  
dæi; & utroquè quam miro & stupendo.Ecce Magi visâ stellâ quæ innecat novum  
Regem Judæorum natum, sese statim dant  
viâ ad illum adorandum, nullas itineris diffi-  
cultates metunt, nulla Civitatum horrent  
pericula: inquirunt palàm, ubinam sit ille  
natus, nequè ab inquirendo cessant donec euminvenierint. Judæi vero quorum magis intere-  
rat scire & videre suum Regem, vix illo tanguntur eius  
visendi motu. O pavenda Dei judicia! Ut illi  
fervent! ut isti frigent! Quàm vere Christus  
Dominus, *Ambulate dum lucem habetis, ut* *Ioan. 12:*  
*non vos tenebra comprehendant!* Dum enim Ma-  
gi ambulant in luce sua, sic merentur videre  
Christum & maiori gratiarum lumine collu-  
strari. Dum vero Judæi negligunt aut differunt  
eo veri Lumine, quo Christum nosse poterant,  
sic illo tandem privantur & obtenebrescunt in  
sua perfidia, ut vix pôst unquam, Christum  
cognoverint.Sic planè nobiscum agitur. Sic planè nobis.  
*Dum lucet ambulandum, ne tenebra fiant.*  
Quod ut declaratur evidentius, sic procedit  
Ratio. Nisi fideliter ambules in eo quod tibi  
lucet Lumine, illo abuteris. Sicut enim ambu-  
lare in lumine, nihil est aliud, quàm eo bene uti,  
quam tendere quò te Lumen vocat, quàm id  
efficere quod declarat & inuit tibi faciendum:  
sic prorsus nihil horum moliri, nihil efficere,  
nec conari: abusus est luminis, quia tùm frustra  
tibi lucet quando non id agis propter quod  
lucet: Unde est illud Sapientis, *Lucerna impi-  
orum, peccatum.* *Prov. 21.*O quoties tibi sic frustra, & quam pavenda  
dum! Numquamne hoc legisti ex Deboræ  
Cantico: *De Cælo dimicatum est contra eos:  
stellæ manentes in ordine & cursu suo, ad versus  
Sisaram pugnaverunt.* Manent scilicet in or-  
dine & cursu suo stellæ, & Lumina quæ tibi  
hactenus frustra illuxerunt, ut appareat quo-  
tices

Apo. 2.

Sies illis abusus fueris, & confundaris. Sic in Apocalypsi, Hac dicit qui tenet septem stellas in dextera sua: Id est. qui representat gratias & lumina quibus illi abusi sunt ad quos Christi sermo dirigitur. Audi quid dicat, audi quid exprobet, & minetur.

nisi videas quantum in hoc peccaveris, jam fore te cecitas, poena est peccati tui. & verè possis dicere, *Comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui, ut viderem.*

I. I. PUNCTUM.

I. I. PUNCTUM.

Pliz.

SED si abuteris lumine, eopriuaris, & sunt tenebra.

**D**VM lucet igitur, ambulandum; ne tenebra fiant; Quia si abuteris lumine, lumen transit in tenebras; & nisi dum lucet ambules, tam vere tunc luce abuteris, quam verè dicere- ris recte & fideliter ea uti, si ambulares dum lu- cer. Nam sic ambulare nihil est aliud quam fi- deliter, sincerè, religiosè, & prout nosti quæ- que esse dirigenda, sic digerere & exequi, nihil ut per negligentiam, & incuriam omittatur: Sicut in dia. honesto ambulamus; *Ve filij Lucis ambulate, fructus autem luci est in omni boni- tate & iustitia, & veritate, probantes quid sit be- niplacitum Deo:* Sic enim fiet, ut non modo fa- tales illæ tenebræ evitentur, sed contrà potius jam acceptum Lumen in dies augeatur, *Pro- cedat & crescat usque ad perfectam diem, ut ait sapiens; Vel ut Propheta, Erat lux luna sicut lux solis, & lux solis erit septemplex sicut lux septem dierum.* Neque unquam ut ait S. Augustinus, *Sol ille faciet à se occasum, nisi prius ab eo fecerit casum. ILLE fidelis permanet, negare seipsum non potest, inquit Apostolus: Imo & ipse Dominus: Omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet, au- feretur ab eo.*

Rom. 13.  
Ephes. 5.

Eib. de lib. arb.

Fiat, inquit Propheta Regius, *via illorum tenebra & Lubricum.* Nam, ut ait S. Augusti- nus; *illa est poena peccati iustissima, ut amittat unusquisque illud quo bene uti voluit, cum sine difficultate posset, si vellet: ut qui sciens rectè non facit, omittat scire quod rectum est.* Hinc est il- lud celebre Job: *Ipsi fuerunt rebelles Luminis, nescierunt vias eius, nec reversi sunt per semitas eius.* *QVI enim prius sciendo rebelles sunt, inquit S. Gregorius, postmodum cacantur ut nesciant:* Idcirco ille ipse qui tenet septem stellas in ma- nu sua, morabò, inquit; *candelabrum tuum de Loco suo, nisi poenitentiam egeris.* Denique quid clarius, quam quod ait Dominus, *Vide ne Lum- men quod in te est, tenebra sint.*

Prov. 4.  
Is. 30.  
2. Tim. 2.

Iob. 24.  
L. 1.

Mor. e. 26.  
Apo. 2.

Luc. 11.

Ps. 39.

Et certe si Apostolus Gentiles ait punitos esse & privatos lumine rationis, quia eo abusi fuerant; quanto tu magis eà poena dignus es qui sanctiori lumine abusus fueris; *Obscuratum est, inquit, insipiens cor eorum; dicentes enim se esse sapientes; stulti facti sunt;* Undè porrò? *Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, & evanuerunt in cogitationi- bus suis.* Et paulo post, *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea que non conveniunt;* *QVI A enim glorificare noluerunt quem cognoverant; reprobo sensu tradidit, ad hoc relin- gunt, ut nescirent iam pensare mala que facie- bant;* Sic S. Gregorius: Undè agnosces quod

Ubi duplex motivum proponitur fidelita- tis servandæ; unum ne Lumen decreseat; & aliud, ut accrescat; Sicut enim malè utenti de- creseat; ita & bene utenti accrescat Domine Pa- ter & dominator vite meæ; *ne derelinquas me, ne adincrescant ignorantia mea; & multiplicen- tur delicta mea.*

Luc. 9.  
Eccles. 23.

Vide tu etiam ne derelinquas Dominum, & ne plus nimio fidas, ac palpes.



INI